

Salomon Codomann


Salomonis Codomanni Fili[i] Pugillus Sacrorum Carminum

Giessae: Chalcographeium Chemlinianum, 1609

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791357147>

Druck Freier  Zugang





~~V. 322.~~



V. F. 32.



S
SA
Me
E. Ch

SALOMONIS CODOMANNI
FILI
PUGILLVS
SACRORUM
CARMINUM.

*Metra DEO sacrata fero, procul este
prophani.*



GIESSÆ,

E Chalcographeio CHEMLINIANO

Anno c15 15 c IX.



Viro Reverendo atque Clariss.

Dn. SALOMONI CO-
DOMANNO.

Cittingensis & vicinarum Ecclesiarum Decano
vigilantissimo,

Parenti meo meritissimo aeternumq; venerando

PRIMITIAS HASCE POETICAS

In obaudientia gratitudinisq; debita signum

- L.M.Q.O.D.D.C.

SALOMON CODOMANNUS FILIUS.

Si, quæ pro nostra tibi commoditate laborum
Millia per totam vitam exanclata dedisti,
O GENITOR, numerare velim, non lingua latusve
Hoc mihi sufficeret: nedum mea dextra notandis
Hisce satis posset capiundisve esse papyrus.
Quin potius peniti cordis penetralibus illa
Condita perpetui cultus venerabor honore.
Interea indubitata tibi sint arrhabo nostri
Primitiæ ingenii. Mea prima **JUVENTA JEHOVA!**
Concelebrasse illis laudes prægestiit. ò sic
Vita diu & solidæ mihi sit vilitudinis usus,
Crebrius ut laudes possim celebrare **JEHOVA!**

Per scribb. Giessa in Museo
X Octobris Anno

clō lo c ix

D. T. O. M. S. S.

CARMEN I.

AD I EHOVAM.

Ut ad benè utendam concessis ingenii donis
Spiritus sancti vires largiatur.



MPIUS EST, quicumque sibi com-
missa talenta
Defudit, & pigro m̄cipat illa sua.
Ne tantis igitur damnasse coargu-
ar ipse,

Ihova tuum ante thronum, me quoq; criminibus.
Quam mihi summa minam Bonitas tua credidit, ist-
Lucrari enitar plura talenta tibi. (hac

Tu modo sacraei Flatūs mihi suggere vires.

Quae sine facta bono singula sine carent.

Maxima iam memorare mea abs te prestia vite

Et celebrare metris mens benefacta cupit. (est;

Quanquā etenim mihi parva domi fortuna relictā

At meritis Patrum est clara relictā domus,

Aptumq; ingenuas arteis didicisse tuopte

Munere, Ihova, mihi contigit ingenium,

Cui faulrix hominum quoq; vis accessit. & almis

Nostram operam auxiliis consiliuq; iuvat.

Hac Favitorum, oro, longum mihi corcula serva.

Sat mihi & a heic dives satq; beatus ero.

Quaeq; tibi ingredior iam condere carmina primum,

Talia in innumeros perpetuabo dies.

A 2

AD

II.
AD DEVM

Templum ingressuri Precatiuncula Ex
Dn. Avenario.

DEUS Iehova, vis soli & Poli unica,
Pater benigne, gratiâ excitus tuâ,
Sacerrimam tuam endogressus in domum
Beata vota nuncupabo Numini
Tuo. Tuo hac timore fibra pullulat.
Iehova, iusta pectus edoce meum,
Pediq³, lumen anteferto pravius
Tui favoris, ut statuti iter tui
Viare possit. Esse te mea Deum
Salutis estimoq³, credoq³, unicum.
Tua insidere templa corde prae-gravis
Sedet lubido; & ad sidere coetui
Tuumq³, Nomen & tuam potentiam
Sonora adorea efferentium tubâ
Diu atq³, noctu amem. Venite Filii
Dei: venite, vota funditabimus.
Genu, euge, supplici adteramus heic humum!
Deum ante maximum optimumq³, voltibus
Ferite terram. Is architector est Popli
Sui. ille pastor, ipsiusq³, oves sumus,
Aguq³, nos ad experita pabula.
Deum extulisse cura nostra iam fuit.
Adoret universa lingua mundi Herum.
Ad ipsius pedes recumbat, & canat:
Jehova sanctus usque, sanctus usque, sanctus est.

Ego,

Ego, ecce, fausto adoro tempore, ò Deus.
Memor Tue esto gratia, imbibere has preces,
Tuiq³, sole me bea, obsecro, auxill.

III.

AD DEVM

Pro peccatorum commissorum condonati-
one & felici sacrarum meditatio-
num successu.

Ex Psal. 51.

AUDI vota, Deus, supplex qua profero, tristi
Cum gemitu pādens ad caelica brachia templa
Templa tua semper - remanentis conscia laudis.
Audi sancte Pater clemensq³, admittere noli
Nostra petitorum ut patiantur corda repulsam.
Neu lapsus oculis observa semper acutus
Aut labes numerato meas sed tolle tenaces
Magnorum scelerum fœdato è pectore sordes,
Corq³ in me rectum sceleris purumq³, creato:
Atq³, animum firmum renovat à cordis in aula
Instaura, neque post tumida inflammatus ab ira
Sacrae flammam Flatūs auferre memento:
Sed potius solidā sperata redde salutis
Per te laticia exultem mentisq³, rebelles
Affectūs Virtute tuā mihi Principe firma,
Ut termagna tui meditari dogmata Verbi
Nisi indefesso valeam laqueosq³, nefandos
Errorum, queis corda tua perfusa liquore
Divino Amrosia mala Dæmonis argana semper
Invetire parant, dirumpere fortiter ausim.

*Carmine sic nunquam, Deus alme, tacebere nostro,
Sed, donec vita fuerit mihi facta potesta,
A me mellifluo semper memorabere plectro.*

IV.

Ad sanctam & individuum Trinitatem
Gratiarum actio
Pro generis Humani redemptione.

Perdidit nostram Satanae fraudis subdola gentem,
Stridentisq; omnes inferni fornice clusos
Supplicia & scelerum nostrorum expendere poenas
Certum erat & fixum. At tandem divina leuoe
Hanc tantam avertit pestem clementia, Natumq;
Vnigenam in pura intemeratae Virginis alvo
Induere humanos artus perq; omnia (adharens
Damnosi excipias peccati crimen) homullis
Consimilem fieri voluit, quò tempore creto
Pro mundi vita pretiosum sanguinis ostrum
Eunderet, atq; suam repararet morte salutem
Terrigenis. Sic non aliter restantia caeli
Recludi poterant claustra atq; adamantina Porta
Quae nunc cardinibus passis patet, omnis ut intret,
Quem Fidei in Christi meritum pollentia firmat.
Nos verò tibi summe Pater, tibi maxime Fili,
Et tibi procedens ab utroq; sacerrima Flamma,
Pro tantis meritis penito de pectore grates
Promimus ingentes; necdum perreperere terram
Supplicibus genibus desistimus, ut tua nobis
Gratia monstratrix velit esse uterisq; Cuiq;
Regiae, ad alta Poli que ducere limina possit.

At


At dudum veræq; via vitæq; serenam
Lampada præluxti nobis, dulcissime Jesu,
Immo ipse es tu vera via, es certissima Porta,
Per quam solam aditus datur ad convexa Polorum:
Hunc modo fac recto carpamus tramite callem.
Hic resono, bone Christe, tuâ modalamine laudem
Cæcibus Angelicis misti eternum extollemus.

V.

AD CHRISTVM.

De immenso ipsius in Homines Amore.

Virgine homo prognate, Deo Deus edite, Christe,
Qua bonitas, quantus fervor amoris erat,
Cum veteres miseratus Avos, nosq; atq; nepotum
Nostrorum subolem (si qua futura tamen)
In sola terrarum patrio descendere olympo
Dignabare & in his ultima quæq; pati!
Tantillos tanti ergò Deo potuisse videri!
Tantillos homines tanti habuisse Deum!
Ut quæ fraus satana his ex ore exsculperat, illa
Hic reparatum iret mortis agone sua.
Mirandum, mortem esse potem dare munera vitæ,
Mirandum vitam absorbere opera atra necis!
I nunc, & penitas Rationis, Homo excute capsas,
Scilicet hic sapiens nil sapuisse potest.



A 4

AD

VI.

AD EVNDEM

Pro Ecclesiæ suæ conservatione.

Tenebricosa noctis umbra lampados
 Diurna opacat ecce lucidam facem,
 Et hora lucis adpropinquat extima
 Magis magisq₃. Christe tutor optime
 Fidelium, author ævitatæ unice,
 Maneto, quaeso, cum tuo popellulo.
 Maneto, eumq₃ præpotente cælici
 Subin' tui asperato cote roboris;
 Et ipsi ahena firmitudo pectorum
 In istiusce turbulentia statu
 Paretur, effice, ut verenda dogmatis
 Tui statuta eisq₃ symbola addita
 Tenere firmiter queat, neq₃ uspians
 Recedat à tuâ viâ, sed imp'grè
 Eampse corde & ore profiterier
 Laboret, atq₃ neutiquam hesitet, licet
 Minetur usq₃ persecutor improbus
 Pericla mortis, atq₃ multifaria
 Subinde moliatur, hac quibus tuum
 Fidelium caterva possit obprimi.
 Id omne ne tuus popellulus pili
 Putet, sed usq₃ tempus ad novissimum
 Et halitum ultimum tua illa dogmata
 Sequatur, effice æviterne perpetis
 Puella Patris & puella Virginis.

A D

AD SPIRITUM SANCTUM

Hymus Teutonicus. Nun bitten wir den
Heyligen Geiſt. &c.

Spiritus alme, Dei maiestas fulgida, te nunc
In preculas demissi humiles veneramur; ades dū
Et nostros stabilire animos dignare saburra
Salvifica Fidei, qua cum seducere corpus
Frigida mors animā occepit, nos tramite ducat,
Quo Patres abicrē pi ad sacraria cœli.

O Lux faxq̄, Dei tremulo fulgore vibrantes
Stricturas aure cœlestis mentibus inde:
Et quā sit veram Jesu contingere Christi
Noticiam digitum nostris intendito curis.
Ut vera nosmet Patria qui reddit, hujus
Unius adfixi lateri maneamus ad ævum.

O calor omnipotens ignisq̄, reciproce Patrem
Omniscium Gnatum q̄, inter, dulcissime amoris
Flos, fac sanctus amor nobis quoq̄, leniter adflet,
Illius incutito per frigida pectora flamam,
Alter ut alterius mentem amplexetur eodem;
Atq̄, ita concordis vivamus tempora vita.

Maxime Solator, pavidis mœroribus egræ
Fulcimentum anima. Contermina pectora calo
Subde Tuis famulis, ut quamvis crimina clamet
Inclametq̄, illinc Satanas, hinc tempora telis
Mors violenta petat, vafer isthinc mugiat orbis,
Stent neq̄, se prorsum moveant moveantue deorsum.

CAN-

CANTICVM ZACHARIÆ
De Christo servatore & Johanne ipsius
præcurfore vaticinantis.

Nunc Dominum, gentis Dominum Israel ^{videt}
Vox hilarè tremulo clangatq; sonetq; cianore
Nam populum ille suum inuisit, propterq; malorum
Millia patrata in vinculum duro orbe tenacis
Compedis, immenso explicitum dedit, ecce, favore.
ille salutifera erexit pranobile cornu
Copiæ in electi Pueri alma Dàvidis ede,
Ut sunt veridicis olim hæc prædicta Prophetis.
Scilicet hanc etiam venturam in tempore lucem,
Quà nos adsertans odium crudele moventum
Insidias inimicorum diffaret, & illam
Facto ipso miserescentis spem gratia Avorum
Expleret votis; & fœdera Sacro-sancta
Promissamq; Fidem Patri servaret Abramo,
Cui se infestorum tandem crudelibus hostium
Erepturum odiis gentem promisit amicam;
Ne postid cæci trepidans sub nube timoris
Degeret, ast posito luctuq; tremoreq; mæsto,
Iusticiã atq; sibi-placito pietatis amore
Indueret mentem; neq; eum deponeret, usque
Dum corpus regeret mentis vivata potestas.
Tu verò, ò infans, superi dicere Propheta
Numinis, & Domino Præcurfor, hincdã viarum
Complanans, veram reparatæ aperire salutis

Noti

Notitiam incipies, hominum ut terrestria secla
Dyscant, quei veniam possint ante - antea vita
Impetrare sibi, & sceleris putentis amictum
Exuere, innocuq; adipisci tegmina cordis
Intima per Domini miserantis viscera nostri.
His Deus ex alto nobis iam fecit oriri
Iusticie Auroram, que, quos immerferat umbris
Horrificis crimen, nebulosarumq; nigratis
Factibus implicitos tenebrarum, aeterna tenebat
Mors, hos lustraret nive & fulgore nitela.
Et nostris pedibus prefferret lampada pacis.

IX.

Omnia mea cum Deo.

Ætherii, Deus alme, replens penurialia Mundi
Majestate tuâ lauviumq; solum,
Terebus socium mea mens adsciscit agundis.
Exaudita Tuis vota preceq; mea
Auriculis faxis fuerint. Tibi pectore nostro
Pullulet aeterna laudis opima seges.

X.

JEHOVA mihi divitiæ.

Ferratis bona divitior que condidit arcis,
Ipse colat, nobis sit cultus amorq; Jehovah.

XI.

Iesus mihi omnia

Dulce quies fesso, sienti frigida limfa:
Tosta ceres ventri vacuo: mihi solus Iesus.

Deo

XII.

Deo Abnuente opera omnia sterilefcunt.

UT, quamvis pluuius fœcundis imbribus ather
 Tempore decreto terrarum indulgeat arvis,
 Atq; alimenta novæ vitæ succumq; recentem
 Adfundat fruticum generi plantisq; satisq;
 Nec tamen hac eadem rutilans Solluce cornuscâ
 Irradiet foveatque simul vegetantibus auris,
 Surgere de terra circumfluum in aëra nulla
 Omnino herba queat, sed, que crevère, vacillent.
 Sic licet ipsum animum doctrina flumina larga
 Irrorent neq; magnatamen fax illa Favoris
 Divini cœpto nostro allucescat: hebescat
 Marcescatq; agro studiũ omne pigrore necessum est.

XIII.

Ex I. Cor. c. 12. v. 4. & 5.

Spiritus unus inest nobis, sed munere multus,
 Unus Herus varia hac destinat officia:
 Virtutesq; alias habet hic, alias habet ille,
 Sed Deus unus in his omnibus omnia agit.

XIV.

Vis precum, ex lib. Iosu. c. 10. v. 13.

Quò nequeunt pia vota animũ deduxerit lehovæ?
 Quid non consequitur qui pia vota facit?
 Solem, oculum Mundi natumq; subinda rotari
 Immotum statuis, Iosua dive. prece.

Mise-

XV.

Miserere Christi bona nobis con-
fert omnia.

Hac requieta tenuis coluit pax Patria rura.
Sunt nē honorū operum viribus et merita hoc?
Certe ibi pars maior vitam non puriter egit,
Sed largā se vit crimina terra manu.
Inde putem spinas potius succrescere acutias.
Nec tam multiplici germina odora Bono.
Verūm ea inexhaustum Christi miserere meretur
Omnia, nec nostrūm vis operum ulla valet.
Hoc miserere sinens Patriam quoq; porrō tueri,
Christe, vafra elidas semina nequitia!

XVI.

Quomodo hominibus frustraneas curas ef-
fugere liceat.

Humanum plerūq; genus frustanea pressat
Curarum moles, magnique in pectore fluctus
De nihilo consurgentes operire laborant
Puppim animi Ac veluti pueros pavitare videmus,
Cum cœcā terram tenebra caligine nubunt:
Sic quæ nec fuerunt, neq; sunt, neq; temporis ullo
Momine erunt, nos esse, fuisse, futura timemus.
Has igitur tenebras animi non tela diei
Lucida, quæ cœli radiatum insigne refundit,
Cisfellunt. Solum vera pietatis ibidem
Ponito inantē facem, & magnū per inane volabunt,
Disq; supabuntur vacuo ludibria cœlo.

Secu-

XVII.

Securitas Hominum.

Qualis voluturii trepido defuncta timore
 Srridit, & exultat turba volantium avium,
 Ipse autem aetherias nubes si circet, & instet
 Iam superà illarum prævalido ungue caput,
 Diffugiunt, sylvaſq; petunt pernicious alis,
 Arboreisq; abdant anxia membra comis.
 Tales nos etiam si nulla pericula restent
 Ante pedes, alimus semina nequitia,
 Oblitque rota celeris, cui Fors levis instat,
 Mansuram stabili credimus esse pede:
 Nec mala quanta sui indultus incogitet astu,
 Sentimus. Tantis mens lateat in tenebris!
 Quod si fulmineos voluit ostendet & acri
 Dulcem ante id victum condiat aspra sale.
 Tum demum virtus placidis placet atq; fovere
 Discimus ad siduâ tristia corda Prece.

XIIII.

In quovis angulo reverere tuum
Angelum.

O Homo, qui te cunq; capit magni angulus orbis
 Perpetuo memor esse velis, Tibi qui Angelus
 Nec tibi qua caro sed pietas qua dicitur, illa (adstei;
 Exequere. Ipse Deus socias adiungere nobis
 Angelicas voluit mentes, ut nostra iuvarent
 Facta suis operis, & vafri Dæmonis astum
 Reprimerent, quo nos noctuq; diuq; laborat

Pren-

Prendere & obprimere & sub Tartaramittere regna
Ergo igitur ius fasq; iubent reverēter in illos
Nos esse & nunquam moliri talia facta,
Qua fetore suo hac purissima pectora pellant
Propellantq; procul. Qua nostros provehet ausus
Processus- via, cum meliore iuvamine prorsus
Sunt carituri? an non ubi nos custodia cætus
Liquerit Angelici, seductrix turba subibit
Dæmonum, & in barathrum viutorum atq; horrida
Æterni exitii secum nos detrahet? o quos (claustra
Impietati illic fuerit sentire dolores!
Quos gemitus & quos fuerit sentire tremores!

XIX.

In Hominem Blasphemum.

Ergo videsne hominē nehominē nō ora sed istud
Tetrū horrēdū immane animi recludere bustū
Quod magnum gravido fetorem examine fundit?
Vt calum, ut terras blasphemo guttore terret!
Viq; venenata furiosa tonitrua lingua
Difficil; ut Iho va termagnū Nomen, ut omne
alvificium Christi meritum pertendit abuti!
Tale oculis monstrum mihi & auribus usurpanti
Mens refugit, totusq; tremo, velut aera penna
Remigio tranans trepido terrore Columba
Concutitur, quando stridentia flabra Aquilonum
Desubi; o excieunt tetricos per inane susurros:
Missileve aerias telum diverberat auras.
Tu verò ista Deus facili potes ore tueri?
Nempè suo os istud vindex tua tempore dextra
Puniet, atq; moram pane gravitate rependet.

ad

AD LECTOREM BENIVOLUM.


H *Affiacet telluris honor me Gieffa tenebat,
 Cum cantare mea hac cœpit avena Deum.
 Non equidem his studui conquirere magna tabellis
 Verba, & delecto pingere flore melos.
 Simplice nostram animi-mentem effigiare colore,
 Hancq; obferre Deo maxima cura fuit.
 Quod si nulla tuas aures, oculosve mereri
 Simplicitas nostri carminis illa potest:
 At, precor, illum aures patiare oculosque meteri,
 Cuius laude mihi pagina facta venit.*

ATQUE HISCE, HAC QUIDEM VICE,
 VALE, QUISQUIS ERIS, SI
 QUIS ERIS, LECTOR
 OPTIME.

FINIS.







the scale towards document

Sub Tartaramittere regna
 ut reverēter in illos
 irritalia facta,
 ssima pectora pellant
 nostros provebet ausus
 e juvamine prorsus
 nos custodia cœtus
 ixturba subibit
 im vitiorum atq³ horrida
 trahet? ò quos (claustra
 re dolores!
 it sentire tremores!
 X.
 blasphemum.
 nehominē nō ora sed istud
 ne animi recludere bustū
 torem examine fundit?
 mo gutture terret!
 rua lingua
 Nomen, ut omne
 m pertendit abuti!
 & auribus usurpanti
 , velut aera penna
 rrore Columba
 tia flabra Aquilonum
 per inane susurros:
 rberat auras.
 es ore tueri?
 tua tempore dextra
 avitate revendet.